



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Camaria Insvla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

nibus ferme suis trans Rhodanum  
trajectis vltiorem ripam amnis  
obtinebant

---

## CAMARIA INSVLA.

**I**N Rhodano insula est, Cui Ma- *Iste de*  
Irii nomen ferens, quæ Camaria *Comar-*  
corruptè ab incolis dicitur, meliùs *gue.*  
loquuturi si Camariam pro Ca-  
merga dicere maluissent. Ea se-  
ptem provinciales leucas ample-  
ctitur, frumentoque, pabulo, fru-  
ctiferis arboribus, aliisque ad vi-  
ctum necessariis rebus abundat.  
Postremò pars Rhodani mare ap-  
petens duas insulas facit, vnam sa- *Iste de*  
linarum, quæ Pequensium dicitur, *Pequais-*  
aliam Marticarum multò spatio- *et de*  
siorem, & sponte illi cedentem, *Marti-*  
in qua salinæ penitus admirandæ *gues où*  
visuntur. In epistola Senatoris ad *font les*  
Tribunos maritimorum hæc verba *salines.*  
invenio : *Nemo est qui salem non*  
*desideret invenire. Meritò, quando*  
*isti debet omnis cibus, quod potest esse*  
*gratissimus. Claudius Rutilius Nu-*

Francia  
n. veteribus  
abet sanctos.  
ulis Egi-  
intulerunt.  
e, Sancto-  
idi?

IS.

onique ge-  
gnificant  
es, & Arc-  
ius:  
novo nomi-

no propin-  
ridui itineri  
s transfre-  
inabat, vt

tertia l. v.  
metu pacatis  
pervenerat  
at autem cir-  
ani & diffis.  
osse vt flu-  
perent om-

402 Pap. Mass. descr. Francie  
matianus, idemque Gallus in Iti-  
nerario, salis conficiendi rationem  
trahit:

*Subiectas villa vacat aspectare sali-  
nas;*

*Namque hoc censetur nomine salsa  
palus.*

*Qua mare terrenis declive canalibus  
intrat,*

*Multifidosque lacus parvula fossa  
rigat.*

*At ubi flagrantes admovit Syrius  
ignes,*

*Cum pallent herbae, cum sitit om-  
nis ager,*

*Cum cataractarum claustris excludi-  
tur aequor,*

*Ut fixos latices horrida dumet hu-  
mus.*

*Concipiunt acrem nativa coagula  
Phœbum,*

*Et gravis aestivo crusta calore coit.*

Manilius lib. 5 Astronomie. ean-  
dem salis conficiendi rationem  
scribit multò ante Rutilium; vixit  
enim Augusti temporibus.

— *Magnas poterunt celebrare Sali-  
nas,*

*Et pontum coquere, & ponti fecernere*

vires,

Cum solidum certo distendunt margi-  
ne campum,

Adpelluntque suo deductum ex aequo-  
re fluctum,

Claudendoque negant: tum demum  
suscipit undas

Area, tum Pontus per solem humore  
nitescit.

Congeritur siccum pelagus, mensique  
profundè

Canities emota maris, spumaque ri-  
gentis

Ingentes faciunt cumulos, Pelagique  
venenum.

Quodque erat usus aqua succo corru-  
ptus amaro,

Vitali sale permutant, redduntque  
salubrem.

Pequentium autem insula lon-  
gior quàm latior. O quantas o-  
pes non Provinciæ in qua sita  
est, sed Regi Galliæ Christianif-  
simo affert propter salinas, salif-  
que conficiendi rationem! Notan-  
dumque est multò minori quanti-  
tate salis Pequensis condiri ea quæ  
salugine indigent, quàm Sancto-  
nici. Et ratio est, quia magis ardet.

404 *Pap. Mass. descr. Francia*  
cœlum apud Massilienses quàm a-  
pud Sanctonas; & videlicet men-  
sibus Junio, Julio, & Augusto.  
Addere & aliam rationem facile  
est, quia ora Massiliensium exposi-  
ta est meridiano soli, propterea que  
calidior. Postremò pars Rhodani  
Gallicum mare ingreditur; sic enim  
Ammiano Marcellino appellari  
placuit, idque propriè, cujus ver-  
ba sunt lib. xv. *Rhodanus Gallico*  
*mari concorporatur per patulum sinum*  
*quem vocant ad gradus, ab Arelate*  
*octavo decimo ferè lapide disparatum,*  
*quem ad tres Marias incola vo-*  
*cant.* Itaque Titus Livius verissi-  
mè scripsit Rhodanum multis ostiis  
decurrere in mare. Restat genera-  
lis descriptio hujus fluminis apud  
Pomponium Melam, quæ hujus-  
modi est: *Rhodanus non longè ab*  
*Istri Rhenique fontibus surgit: dein-*  
*de Lemano lacu acceptus, tenet impe-*  
*rum, seque per medium integer agens,*  
*quantus venit egreditur: inde contra*  
*in Occidentem ablatas, aliquan-*  
*diu Gallias dirimit: post cursu in*  
*meridiem abducto, hâc intrat, accef-*  
*susque aliorum amnium jam grandis,*

Francia  
s quàm a-  
icet men-  
Augusto.  
nem facile  
um exposi-  
pterea que  
s Rhodani  
r; sic enim  
appellari  
cujus ver-  
us Gallico  
elum sinum  
ab Arelate  
sparatum,  
incola vo-  
ius verissi-  
multis ostiis  
at genera-  
ninis apud  
uæ hujus-  
m longè ab  
ergit: dein-  
tenet impe-  
teger agens,  
inde contra  
aliquan-  
ost cursu in-  
trat, accef-  
n grandis.

per Flumina. 405  
& subinde grandior, inter Volecas &  
Cavaras emittitur.

## ATA X.

**A** Tax Pyrenæorum circa Nar- ATAX.  
bonam decurrit in Thyrræ-  
num, vt Vibius Sequester ait post  
Pomponium Melam, cuius verba  
sunt; *Atax ex Pyrenæo monte digres-  
sus quâ suis fontis aquis venit, nisi  
ubi Narbonam attingit nusquam na-  
vigabilis, sed cum hybernis intumuit  
imbribus, vsque eo solitus insurgere,  
vt se ipse non capiat.* Aimoinus libro  
4. cap. 58. *Victor igitur atque bel-  
lator insignis Carolus (Magnus) in-  
trepidus Rhodanum fluvium cum  
exercitu suo transit, Gothorum fi-  
nes penetravit, atque Narbonam  
vsque accessit, ipsamque urbem cele-  
berrimam atque metropolim eorum  
obsedit, super Adicem fluvium muni-  
tionem in gyrum in modum arietum in-  
struxit. Quo loco Adicem pro Ata-  
cem vsurpavit; Lucanus enim Poë-  
ta dixit:*